

de cuius violentia conqueritur. In quo breviter, & resolutivè dico, etiam in essentialibus iudicii teneri Senatam potius præ oculis habere stylum, & praxim iudicis ecclesiastici, quam Romanæ Curie, etenim ipse iudex ecclesiasticus sui tribunalis stylum tenetur servare, in tantum, quod etiam in libris, quæ de partibus transportantur ad Curiam, etiam in Rota attenditur, & approbatur, quantumvis contrarius sit eiusdem, scilicet; Rota stylo, & etiam in essentialibus, ut pluries, in diebus terminavit Rota, secundum varietatem casuum, ut in una Pampilonensi Parochiali 14. April. 1577. ut testatur Lancel. de attent. 2. p. c. 4. in prefatio. n. 312. & in una Cordubens. decimarum 14. Jan. 1534. coram Seraphino, & in alia Calagur. oblatio. 26. Maij 1590. coram Comitulo, & in alia Toletana decimarum, de Sarre 18. Febr. coram Pamphilo, & alijs sæpius, de quibus testatur Hieron. Gonzal. in reg. de mens. & alterna. l. 9. §. 1. in adnotatio. n. 55. Cæsar. de Graff. dec. 6. n. 6. de sentent. & re iudic. Caputaquen. decif. 165. p. 3. & fuisse determinatum una Calaguritan. iuris votandi 19. Jan. 1590. Coram Orano, testatur Hieron. Gonzal. ubi proxime, n. 115. & à n. 154. & à n. 117. idem affirmat fuisse per Rotam determinatum, in alia Burgenf. concedendæ licentiæ, Coram Orano de anno 1585. & in alia Pampilonensi Parochiali 13. Junij 1600. idem firmat Pute. decif. 258. n. 2. lib. 1.

21 Quam conclusionem probant. Cæf. Contar. in l. uni. quibus Egidiana q. 6. sub n. 6. & 7. C. si de momen. poss. Rot. Roma. decif. 330. resolverunt, à princ. usque ad n. 3. p. 2. divers. Scacia de appell. q. 8. num. 6. 9. & 10. & satis clarè probant omnes DD. super à princ. huius §. 3. dum affirmant, quod in ordinariis iudici Rota, & quilibet alius iudex appellationis tenetur servare stylum iudicis à quo, etiam si sit contrarius stylo sui tribunalis, apud quos videre poteris. Sed quia de hoc articulo in multis casibus specialibus, & scitu dignissimis plura dicimus infra 3. p. c. 9. propè fin. versic. illud tamen valde utilissimum, à n. 233. usque ad finem & nonnulla etiam 4. part. cap. 1. ante fin. versic. at verò notandum est, à n. 86. ideo ad ea libenter te remitto.

22 Quid autem ubi contraria est DD. opinio, quando alii faciunt articulum appellabilem, alii verò non appellabilem, & tunc prima erit conclusio, quod quando in aliqua difficultate reperiuntur Doctores contrariæ & repugnantis sententiæ, sive id in lecturis, tractatibus, vel consiliis contingat, illa opinio regulariter præferri debet, quæ communis dicitur, vel quæ plurimorum Doctorem autoritatibus corroboratur, ut tradit Bernar. Diaz. in regul. 107. ubi Salced. in addit. Ill. in authent. novif. n. 22. C. de inoffic. test. & in authent. si qua mulier. n. 12. C. de sacros. Ecclæs. Abb. in c. prudentiam, n. 4. de off. deleg. Decius conf. 422. ex prin. & conf. 441. n. 14. plures refert Joan. Garcia, regul. 252. pulchrè, & latissimè Alphons. Oieda de benef. 2. p. c. 1. ex n. 16. Ant. Corrar. in tract. comm. opin. in prefatio. ex n. 27. Montier. in prefat. decif. n. 31. Tiraq. de pœnis temp. n. 51. & num. 64. ubi optimè decidit, quando variæ sunt opiniones, illam esse eligendam & tenendam, quæ plurimorum Doctorem autoritate comprobatur; præsumitur enim verior ex Menochio de præsumpt. l. 2. præsumptio. 71. n. 2. Cervantes in l. 1. Tauri, n. 1. Humad. in schol. ad Greg. Lop. in prolog. parit. gl. 18. n. 1. Masc. de prob. concl. 338. n. 4. & 8. Cæned. in collect. 2. p. collect. 84. ubi plures refert in noviff. in quest. canon. q. 8. n. 10. ab eaque communi opinioni recedere non debemus, nec in iudicando, nec in consulendo. Morla in Empar. jur. 1. p. tit. 2. q. 5. n. 6. Burg. de Paz. in proem. legum Tauri, n. 251. Ceval. in proem. pract. quest. ex n. 30. Dec. conf. 131. in fin. Roland. conf. 60. n. 40. vol. 1. & conf. 16. ex n. 22. vol. 3. subdñs fatuum esse recedere ab ipsa communi: & post plures alios tenet Cæned. d. questione 8. sub num. 10. Quare si iudex ecclesiasticus hanc communem DD. neglexerit, supremas

Senatus de articulo violentiæ cognoscens, illi inhærendo (prout tenetur) iuxta illam decernet, cum sit communis.

Si autem in aliquo articulo duæ sint Doctorem opiniones, alia permittens appellationis delationem, alia autem negans; utraque tamen opinio probabilis sit, vel æquè communis: tunc cum iudex ecclesiasticus possit quam maluerit, licitè eligere propter dubium existens, & autoritatem Doctorem unamquamque tenentium, ut ex Gutier. l. 1. canon. quest. c. 13. n. 23. Mercad. Sor. & alii citati, & sequuti à Cæned. in 1. p. collecta 28. n. 17. Salon. 2. 2. q. 63. art. 4. controvers. 2. colum. 1093. & ex Neviz & aliis refolvit Cæned. in d. q. 8. n. 22. videnda sunt, quæ Villalob. noviff. in Summa, tractatu 1. difficult. 5. post Azor. & alios dicentes omnes, hunc doctrinam procedere etiam in foro conscientiæ: quare hoc casu præcisè, & necessariò tenetur Senatus, eidem opinioni per iudicem ecclesiasticum electæ inhære, quoniam nullo modo potest de iniquitate redargui: cessat enim violentia, ubi jus affluit, licitè enim & sibi permiffum gerit ille iudex, de quo dumtaxat quæritur in detegenda violentia; anne contra jus denegavit delationem appellationis, & ita tenendum est.

Et pro complemento huius §. 3. quid dicendum, ubi cessant prædicta, sed dubietas aliunde provenit, putà, ex subtilitate juris, aut ex intricacione processus, & si quæ sunt alia; an in dubio Senatus debet declarare, violentiam iudicem fecisse in non deferendo, partem; negativam urget: quia violentia sapit odium, & delictum, l. si quis in tantam furoris pervenerit audaciam, C. unde vi l. Julio, ff. de vi publica, qui ex text. expressus ergo in dubio vim non fecisse decernendum.

Sed contrarium verius est, & sequendum, immò in dubio vim fecisse iudicem non deferentem appellationi, cui de iure in dubio deferendum est, probant Speculat. tit. de appellat. §. nunc dicamus, n. 2. in fin. & sub n. 6. & n. 8. l. 2. fol. 194. Philip. Franc. in c. de priori 31. ibi, aut sumus in dubio, & in c. constit. 45. n. 18. & in c. ut debitus sub n. 43. versic. in eadem ibi in tali, dubio de appell. Card. Alexand. in c. cum speciali 61. §. porro sub n. 16. eodem tit. Rebuff. de sentent. exequut. art. 7. gl. 1. n. 3. fol. 359. Alex. in l. 1. ff. si quis cautio. Socin. conf. 39. n. 1. vol. 4. Marant. de ordin. iud. tit. de appel. 6. p. n. 262. Tiraq. tract. de mort. suisit. p. 6. declar. 6. n. 10. f. 120. Anguril. conf. 76. de trib. sub n. 1. & 2. l. 6. Nevizanus conf. 44. n. 9. Crot. confil. 124. n. 11. Roland. à valle conf. 34. n. 3. vol. 3. Vincent. de Franc. decif. 120. n. 4. Cornaz. in decisio. Rot. Lucen. decif. 193. n. 1. Tiber. Decia. conf. 44. n. 32. vol. 1. Fulv. Pac. confil. 127. n. 1. & 18. Farin. dec. 418. & 870. Petr. Surd. tract. de aliment. tit. 18. priv. 60. sub n. 1. & 2. & idem in conf. 163. arbitr. num. 5. vers. 3. ubil. 2. & iterum ipse Surd. conf. 271. n. 17. & in decif. 36. n. 2. Marquellan. tract. de commiss. p. 2. de commiss. appellatio. p. cap. 1. n. 7. fol. 5. & quod in dubio fiat interpretatio, quod appellatio deferatur, Alexand. confil. 113. viso themate, num. 2. lib. 5. & quod ubi de iure, vel de facto est dubium, nunquid appellatio teneat; tunc iudex à quo debeat supercedere in exequutione, ita ut nihil debeat innovare, scribunt Specul. d. §. nunc dicamus, n. 8. Joan. Andr. in c. pastoral. 28. n. 10. in fin. de off. & potest. iud. deleg. Philip. Franc. in c. constit. 45. sub n. 18. Sigismund. Scacia de appella. q. 17. amplia. 10. n. 60.

Quod procedit etiam in casu, in quo appellatio fit regulariter prohibita, putà, in causa possessoria, quia nihilominus si adsit dubitatio circa delationem; vel non delationem appellationis, debet admitti. Cæf. Contar. in l. unica, limit. 27. n. 1. & sequentibus, & idem in quest. 1. num. 43. in fin. & num. 44. Cod. si de momen. poss. Scacia ubi proxime, d. q. 17. amplia. 16. num. 64. Petr. Surdus conf. 163. arbitr. n. 6. lib. 2.

Nec obstat, quod in dubio regulæ est inhærendum, quoniam in causis possessoriis prohibitio appellationis est

est limitatio regulæ generalis, permiffive in omnibus regulariter, & per admissionem in dubio, redimus ad regulam, prout etiam dicit Scaccia ubi proxime, num. 64. ubi etiam satisfaciunt illi difficultati, quod concurrentibus duabus causis, permiffiva scilicet, & prohibitiva, hæc ut fortior attendenda (de quo latius amplissimè infra 2. p. cap. 7. per totum; & 3. p. cap. 1.) quia procedit, quando constat apertè de prohibitione, secus quando est dubium, quia tunc debemus regulæ adherere permiffivæ, ut dictum est: igitur evidenter fatendum est in dubio deferendum, & reponendum debere decernere Senatam.

36 Nec obstat quod simus in odiosis, quia imò tota ista hæc extrajudicialis cognitio, & recursus ad Regem, si sub limitibus defensionis naturalis contineatur, est favorabilis, & ab omni iure naturali, divino & positivo proveniens, & permiffus; quare valde utilem dixit Suarez l. 1. de immun. Ecclesiast. c. 44. n. 43. Ceval. in tract. de cognit. per viam viol. gl. 4. sub n. 4. & in q. 897. sub n. 152. Cæned. in q. canon. 45. n. 93. & num. 45. Morla in emp. jur. tit. 2. de juris. quest. 14. num. 8. qui affirmant, quod cum vergat in utilitatem reipublicæ utriusque, ideo dicitur favorabilis. Nec obstat, quod punitur iudex, quia in hac extrajudiciali cognitione nihil de pœna iuris tractatur imponenda, sed dumtaxat de nulla delatione, an debuerit iudex deferre, vel non, & ita tenendum est. Et quod hic recursus ad Regem sit favorabilis, & utilis jurisdictioni Ecclesiasticæ, tenet post Manuèl. Roder. Navarr. Covarr. Pacian. & Chaquerant. noviffimè Torre-Blanca tractatu de magia, l. 3. c. 26. num. 32.

§. IV.

Provisio expedita vigore decreti Regii, quo vim fieri est declaratum, quemadmodum intimanda sit iudici degeni in alterius tribunalis districtu, & à duobus iudicibus ad invicem procedentibus, existentibus in diversis tribunalium districtibus, emissarum appellationum, pro delatione quod tribunal adeundum.

SUMMARIUM.

- 1 Leg Regiæ 36. tit. 5. l. 2. recopil. verba inseruntur. dispensatio tribunal. sub cuius districtu degit iudex Ecclesiasticus vim inferens adeundum esse pro illa tollenda.
- 2 D. l. Regiæ determinatio provide obviat pluribus inconvenientibus consideratis.
- 3 Violentia tempore, & etiam querela, & decreti si iudex Ecclesiasticus degat sub uno districtu, & ad provisionis intimationem in districtu alterius tribunalis absens reperitur quomodo intimatio fit faciendâ.
- 4 Citatio ab uno territorio emanata non potest fieri degeni alio, nisi per literas requisitorias.
- 5 Actus extrajudiciales ubique geri possunt, iudiciales non nisi intra territorium.
- 6 Provisionis Regiæ intimatio non est citatio, sed monitio, & certioratio extrajudicialis, qua geri potest etiam per iudicem incapacem.
- 7 Iudex laicus potest aliquid intimare clerico, ut certiorato pareat potest iudicium, aut constituatur in mora, aut mala fide.
- 8 Provisionem Regiam ab uno tribunali legitime cognoscete de violentia, ut inimerur iudi postea degit in districtu alterius, cuius erit præsetari in altero tribunali.
- 9 Provisione Regiæ intimata iudici Ecclesiasticus in alio districtu non obtemperanti, ubi petenda est secunda, & tertij usque ac pœna cominata temporalitatis exequenda.
- 10 Tribunal quod adeundum si à duobus iudicibus ad invicem se inhibentibus est appellatum, degenibus in

diversis districtibus Senatam.

- 11 Senatus is est adeundus pro tollenda violentia, ubi degit iudex, à quo appellatur; eo quod dedit se pro inhibito.
- 12 Senatus is est adeundus, ubi degit iudex inhibens, à cuius gravamine, & inhibitione appellatur.
- 13 Senatus quis adeundus, quando est appellatum à facto utriusque iudicis inhibentis, & invicem inhibentium, degenium in diversis districtibus.
- 14 Iudex uterque est competens ad cognoscendum de eo, qui existens in uno territorio occidit alium existentem in altero territorio cum sclopo.
- 15 Senatus uterque si à qualibet parte appellatur, & concurrente adhibetur, maxima sequetur repugnancia, contrarietas, & absurdum, alienum à natura Regiæ protectionis.

ET pro huius §. brevissima resolutione primitus supponenda sunt verba l. 39. tit. 5. l. 2. recopil. quæ sunt: *Orrést por que suete succeder diferencia, a qual de las audiencias han de ir los procesos, que se mandan llevar por via de fuerza quando los jueces Ecclesiasticos que proceden, estan o reciden allende, o aqueude de tajo, havemos por bien declarar, y declaramos, que los tales procesos vayan a cada una de las dichas audiencias, de baxo de onjos estuviere el juez Ecclesiastico, y alla se determinen per los oydores dellas: sin embargo de orra qualquier cedula que se oya dado para que fuesen a la audiencia, so cuyos limites fuesse el Rey.*

Necessaria fuit valde huius legis tam provida determinatio, siquidem unaquæque audientia suprema certos habet limites, & notorios, aliter enim si liberum fuisset oppresso, quamlibet adire Regiam audientiam ad sui electionem; intricabilis foret labyrinthus, & intricabilis confusio. Siquidem duo appellantes, puta, ab eadem sententia (quod possunt inquantum contra, prout alibi suo loco latius) unusquisque eligeret tribunal, & se invicem impedirent cognitionem, vel magnam parando dilationem, vel simul concurrente cum provisionibus ordinariis, requirerent notarios pro processibus exportatione. Hinc si Reus originarius in causa appellationis fiat actor, & an appellans actor, fiat Reus inde etiam præventionum discordia quotidiana oritur, & alia innumerabiles confusiones, & inconyentia, quæ tacitè sentit l. Regia ibi, *Suele succeder diferencia.*

Hac enim nova determinatione, quæ longè utilior est, prædictis difficultatibus obviatis, unusquisque facilimè, & sine controversia aliqua potest, si vi opprimatur à iudice Ecclesiastico, illud adire tribunal sub quo deger iudex ipse, in qua quidem insuper duas difficultates subsistere repetio, prima quid si tempore intimandæ provisionis unius tribunalis Regii, iudex Ecclesiasticus absens inveniatur in districtu alterius, quid faciendum, aut quomodo intimanda, quia iuxta dispositionem text. in l. à D. Pio, §. sententiam Roma dicta ff. de re judi. & latè Cov. in pract. q. c. 10. n. 7. & clem. Pastoralis, §. despiceret, de iud. l. fin. ff. de jurisd. omni. iud. Rebuff. in tract. de liter. requisito. à princ. qui plurimos citant, Paz. in prax. 4. p. 1. tom. cap. 2. num. 10. & per totum cap. Parlador. lib. 2. rer. quod. cap. 6. p. num. fin. l. 2. tit. 2. lib. 4. recopil. l. 1. tit. 27. p. 3. quod si citatio faciendâ est ei, qui sub districtu, & diversâ jurisdictione alterius iudicis existit, debet per requisitorias literas fieri; item exequutio sententiæ alibi rata; ergo idem dicendum videtur in nostro casu; ut nullatenus ei intimari debet hæc provisio, nisi ad requisitorias literas, seu supplicatorias tribunalis, de violentia cognoscens.

Sed contrarium in nostro casu verius esse existimo; tum quia dictus §. sentent. Romæ, procedit in jurisdictionalibus actibus, exercendis in aliena jurisdictione; non autem loquimur in actibus extrajudicialibus, qui ubique geri possunt, ut probatur etiam à ratione cessante

d. §.

d. s. sent. Rome, quam Doctores citati reddunt, tum etiā quoniam provisionis intimatio non est citatio, nec aliquid jurisdictionale continet, sed est quadam monitio, & certioratio monitorialis, quæ nullam arguit, nec supponit superioritatem, ac propterea à quocunque iudice, carente jurisdictione etiam aliàs incapace laico, scilicet, fieri potest clerico, tanquam actus extrajudicialis; ita probat gl. celebris in c. cum causis de off. deleg. (quæ inter utramque citationem hanc ponit differentiam) Matthæus de Afflict. in decis. Neapol. 24. n. 8. docent Jacob. Butriga. Paul. & Bald. in l. testamta omnia, per text. ibi, C. de testam. Bal. in l. prescriptio. C. si contrarius, vel util. publ. Fel. in c. cum inter, col. 8. de excep. tio. Jafred. Lanf. Balb. in suis observatio, decis. 323. incipit, citatio. Marant. de ord. iudicio. 4. p. d. 1. n. 46. ubi pulchre Bobad. in polit. l. 2. c. 1. n. 131. qui affirmant, quod si quis compareat coram iudice seculari dicens, iuri suo esse consonum, ut aliquid intimaretur alicui clerico, ut certiorato præjudicium fiat, ut interpellatus constituatur in mora, seu mala fide, ut ad hunc effectum prædictus iudex secularis licet potest facere dictam intimationem, & certiorationem, seu monitionem, de quo nos latissime supra, hoc cap. a n. 129. tractavimus, circa intimationem provisionis ordinariæ: ergo sequitur manifestè, ut ad illam provisionis Regiæ intimationem non sint necessaria requisitoria literæ, maxime ut evidentur dilationes, quas violentia pendens non patitur, prout superius diximus hoc cap.

8 Tutius tamen erit, ut ipsa provisio presentetur in eodem tribunali Regio: ubi deget iudex vi opprimens, scilicet, in el. acuerdo, cum petitione negotii facta relatione, ut jubeat cuilibet tabellioni illam intimare, si intimatione facta, provisioni non obtemperet, secunda jussio ab eadem audientia Regiæ, à qua prima emanavit postuletur, & illi prout supra intimata, ulterius illo recusante à violentia desistere, tertia jussio cum temporalitatem occupatione (prout superius) expediatur, ad hanc autem exequendam utile iudicarem, ut tribunal per quod expeditur, referat (non per viam requisitoria, sed simpliciter cum urbanitate, facta negotii simplici relatione) alteri tribunali Regio, ut comminatas poenas exequatur.

10 Secunda autem difficultas, quæ oritur ex d. l. Regia, supra, citata ad principium hujus §. illa sit, an duobus iudicibus degentibus in diversis limitibus dictorum tribunalium Regalium, se invicem inhibentibus, & à quolibet sit emissa appellatio, ad quod tribunal protollenda violentia sit recurrendum; quam quæstionem dilucidè tractamus infra, 2. cap. 10. vers. his, & ordine successivo difficultis, &c. à n. 52. cum multis sequentibus, in simili proposito, & n. fin. ex cuius doctrinis rectè ad hanc nostram tollendam difficultatem inferri potest, ubi enim proposuimus illam quæstionem, si iudex in uno degens districtu, expedit literas inhibitorias contra alium iudicem, in alio districtu degentem, à qua datur inhibitione appellatio, quod horum tribunal pro illius delatione per viam violentiæ adeundum sit, in quo tres casus distingimus: quod aut appellatio emittitur à iudice inhibito, eo quod se dedit pro inhibito, certans appellans ab eo, quod minus justè inhibitioni non legitime acquievit; & tunc cum appellatio debeat interponi coram hoc iudice gravante, sine dubio ad illud tribunal recurrendum est, sub cuius limitibus reperitur iudex opprimens, à quo appellatur, juxta nostram l. Regiam ad principium hujus §. citatum.

12 Secundus casus sit, quando appellatur ab expeditione inhibitionis, & sic à facto, & gravamine iudicis inhibentis, & tunc similiter non est dubium, quin id tribunal pro tollenda violentia sit adeundum, sub cuius districtu inhibens deget, prout hoc distinctionis membrum, & superius latè pluribus doctrinis applica-

tis in d. c. 10. comprobavi, pro quibus mirabilis est doctrina Aloisii Riccii in prax. decis. 326. per totam, & optime vide quæ nos infra, 4. p. c. 4. a p. 41.

Tertius casus est quando à facto, & à gravaminibus utriusque iudicis & sic ab expeditione inhibitionis, & à iudice inferiori, dante se pro inhibito, simul est appellatio emissa, & tunc probavimus, & resolvimus; quod cum ista causæ sint effectæ unum continens, ac propterea dividi non possint, tum quælibet Regalis Curia pro tollenda violentia super toto negotio adiri poterit, quod ex identitate rationis idem diximus in d. c. 10. ad fin. procedere in duobus iudicibus, ad invicem se inhibentibus, à quorum singulis inhibitionibus, utraque pars appellavit, quia ut dictum est continentia causæ dividi non potest, & ideo cuilibet Curia pertinet cognitio super violentia, ob denegatà delationem utriusque appellationi, si utraque pars appellans cogeretur, ex rationibus fundamentalibus ibidem adductis, juxta simile doctrinam, de qua per Joan. Andr. & Philipp. Fran. in reg. in abs. de reg. jur. n. 6. Abb. in c. fin. n. 25. de for. cōpet. Bal. in l. si quis non dicam rapere, col. 3. C. de Episc. & cler. Marfil. in l. uni. n. 100. C. de rapt. virg. & in l. fin. n. 110. C. de jur. omni. jur. dum tractant de eo, qui existens in uno territorio emisit sagittam sive scelopum, & occidit aliquem in alio territorio existentem; ut hoc casu uterque iudex sit iudex competens, ne continentia causæ dividatur quam doctrinam esse communem testatur Abb. d. n. 25. Alberi. in 4. p. statuto, q. 79. Nell. de bannit. in 2. p. 1. temp. d. q. 8. Clar. d. q. 27. vers. item posse, Pract. Corrad. tit. de inquisitio. n. 18. vers. Ab. tamen usque ad n. 17. Prosp. Far. in pract. crim. 1. tom. tit. de inquis. q. 7. n. 46. aliàs enim maximum sequeretur absurdum, si ad utrumque tribunal recurri posset, & deberet, quoniam diversa, & contraria decreta utraque pars reportaret, & pro exequutione magna sequeretur repugnantia, aliena à natura hujus cognitionis extrajudicialis, nuda protectionis, & defensionis naturalis, vide latius in d. c. 10. & pro omnibus iis casibus vide mirabiles doctrinas, de quibus nos infra, 4. p. cap. 4. prope finem, vers. ultimo pro necessario fundamento, a n. 41.



S. V.

De his causis, & negotiis, quibus denegatur recursus ad suprema prætoria per hanc viam violentiæ.

SUMMARIUM.

- 1 Judicare unum ex pluribus cum Prætor vetat, cetera committere videtur.
- 2 Exceptio firmat regulam in contrarium.
- 3 Regalia specificata quadam in venditione alicujus terre à Rege facta, & aliqua excepta, omnia regalia ultra excepta veniunt.
- 4 Casus nonnulli juris rationibus sunt excepti, ut trahi non possint ad Regia prætoria per viam violentiæ, quidam absolute, & quidam deficiente demum qualitate.
- 5 Cause spectantes cognitioni sancti officii sive civiles criminales, non trahuntur per viam violentiæ ad Regia tribunalis.
- 6 In regno Aragonum juris firmia denegatur in causis tangentibus sancto officio.
- 7 Manifestatio persona occulte non datur in Regno Aragonum in causis spectantibus sancto officio.
- 8 Causa inquisitionis plus scandali, quam militatis afferrent, si contra earum naturam & sigillum ad Regia prætoria traherentur.
- 9 Opprimi potius, quam protegi infideles debent.
- 10 Regulari utriusque sexus causæ super correctione, & visitatione

- statione Monachorum regularium & Monialium non venit ad tribunalia.
- 11 Abbates & Prælati in suis Religiosos, quorum sunt iudices Ordinarii, jurisdictionem ordinariam habent, & de eorum causis cognoscunt.
 - 12 Indecens esset religiosorum excessus in tribunalibus recitari.
 - 13 Religiosorum correctio, & qualibet sententia Prælati, non recipit appellationem regulariter, & ubi admittitur non suspendit.
 - 14 Religiosorum Prælati vim exequendo non faciunt, quia eorum sententiæ non suspenduntur per appellationem.
 - 15 Religiosi appellantes à correctione sui Prælati non possunt in Francia recurrere ad Parlamentum.
 - 16 Religiosi non possunt appellare.
 - 18 A Prætoro excedente modum correctionis, & visitationis licita est appellatio.
 - 19 & 20. Cervillos varius, & perplexus, an causæ religiosorum trahantur per viam violentiæ, reprobat.
 - 21 Religiosorum causas etiam super electionibus gestas à Prioribus generalibus, & aliis Superioribus inter Monachos, hactenus est inauditum, trahi ad tribunalia per viam violentiæ.
 - 22 Lex Regia, prohibens causas religiosorum trahi per viam violentiæ, interpretatur.
 - 23 Actus ubi determinatio non apparet, ab usu & consuetudine informatur.
 - 24 Religiosorum causæ quælibet, quæ est Tridentino tractari possunt coram ordinariis, per viam violentiæ ad Regia prætoria trahi possunt.
 - 25 Idem in causis contentiosis pendentibus coram religiosorum conservatoribus, & aliis iudicibus.
 - 26 Concil. Trid. sess. 21. cap. 8. explanatur, & seqq.
 - 27 Ordinarius, quando in defectum superioris per eum admoniti sui religiosos non visitandis & corrigendis potest visitare, an ob denegatam appellationem ab ordinario possint religiosi ad Senatam recurrere per viam violentiæ.
 - 28 Subrogatus an debeat servare statuta ejus, in cuius locum subrogatur, an propria.
 - 29 Episcopus visitans religiosos in defectum superioris juxta Trid. observat eorum instituta prout superior.
 - 30 Cause, Bullam cruciatæ, subsidium, & excusatum tangentes quomodolibet, non trahuntur per viam violentiæ ad Senatam.
 - 31 Apostolica tres gratiæ, scilicet, Cruciatæ, subsidii, &c. concessæ sunt, ut exercitus Regius fortis reddatur in defensionem Ecclesiæ.
 - 32 Commissarius generalis Cruciatæ quomodo in dictarum gratiarum executione se habeat, & quam, & à quibus jurisdictionem habeat.
 - 33 Commissarii generales, Ministri, & subdelegati, coram quo sunt conveniendi in casibus tangentibus suum munus.
 - 34 Doctor Perez de Lara Senator ab Authore laudatur.
 - 35 & 36. Commissarius Cruciatæ tenetur in singulis diocesis subdelegatos nominare, cuius qualitatibus, & de quibus possint cognoscere, & quomodo.
 - 37 Tribunalia suprema sunt inhibita, ut nullatenus possint cognoscere, etiam per viam violentiæ de causis vertentibus coram Commissario Cruciatæ, & eorum subdelegatis.
 - 38 Subsidii repartitio non suspenditur per appellationem, nec contradictionem, sed ejus statim fit executio.
 - 39 Subsidii recollectio, & solutio non recipit appellationem.
 - 40 Subsidium charitativum pro alimentis etiam impositum ab Episcopo non recipit appellationem.
 - 41 Scholasticorum causæ vertentes coram Magistro scholarum Salmantino, & ejus locum tenente, non trahuntur ad tribunalia per viam violentiæ.
 - 42 Scholasticus, reus, an possit conveniri coram iudice ordinario, si deget ultra duas dietas.

Salgado de Protect. Reg.

- 43 Dieta quid sit, & à quo incipiat loco, usque ad quem finiatur, & quid sit stadium, remissive.
 - 44 & 45. Lex Regia de dicta apposita intelligitur respectu scholastici alii inveniatis coram Magistro scholæ.
 - 46 & 47. Scholastico Salmantino in remotis d'genti convento coram Ordinario dantur conservatorie literæ per suum Magistrum scholarum, ut remittatur.
 - 48 Casus de facto referuntur circa declinatoriam scholasticorum, & eorum remissionem ad Magistrum scholarum.
 - 49 Scholasticorum causæ pendentes coram delegato à Magistro scholarum in remotis, an partes trahi nequeant ad suprema prætoria per viam violentiæ.
 - 50 A subdelegato delegati cum clausula (appellatione postposita) licet appellare.
 - 51 Causa sui natura exequibilis ad quemcunque vadat delegata, transit cum sua qualitate.
 - 52 Qualitas rei inherens cum ea transit, quocunque vadat.
 - 53 Scholasticorum privilegium non propter Magistrum scholasticorum, sed propter ipsos scholasticos datum est.
 - 54 Privilegii durante causa ipsum debet durare.
 - 55 Senatus Regius à Salmantino Magistro ab incompetentiam, vel ab alio iudice Ecclesiastico excommunicatus, potest cognoscere de causâ violentiæ ad petitionem fiscalis Regii ejusdem tribunalis.
- Secus si iudex excommunicatus sit sub alterius tribunalis districtu, quia ad idem erit recurrendum, ibid.
- 56 Causæ, quæ non absolute sed deficiente qualitate ad Senatam non trahuntur per viam violentiæ, quæ sint.
 - 57 Et de ratione.
 - 58 Qualitas attribuens jurisdictionem prius debet constare.

CUM prætor unum ex pluribus iudicare vetat, cetera committere videtur. Verba sunt Pauli Juriscon. lib. 17. ad edictum relata in l. cum prætor. ff. de iudic. etenim per cognitionem earum causarum, & negotiorum, quæ ad tribunalia suprema non veniunt per viam violentiæ, facile cognoscendum, quæ jure trahi queant, cum exceptio firmet regulam in contrarium, l. nam quod liquide, §. fin. 1. respons. ff. de pen. legat. l. questum, §. denique, in fin. ff. de fundo instructo, text. junct. gloss. in authent. de non alien. vel permur. rebus Ecclesiæ, collat. 2. c. 2. de conjug. leprof. cum aliis, ita ut casus specialiter ab hac regula non exceptus à lege, sub ea comprehendit, dubitabit nemo. Cum enim Princeps hoc regale supremis suis tribunalibus concessisset, à quibus aliquos expressim casus excepit, ceteri omnes censentur commissi ultra exceptos, ex Ludovico Romano in suo eleganti consilio 271. incipiente Vos tota, ubi dicit, quod in venditione terræ sancti Ludisii facta per Ladislaum Regem Ungariæ, veniunt gabellæ, & juxta exituræ, quæ sunt regalia, ex quo in venditione, quedam regalia sunt specificata & postea quedam excepta, quæ exceptio firmat regulam in non exceptis ex supradictis iuribus, quem refert Everard. in locis legali. loco ab exceptione ad regul. fol. mibi 55. in princ.

Et quamvis, hucusque dictum sit, defensionis remedium, & recursus saluberrimum, & præstantissimum esse ad propullandas, & sedandas injurias iudicum Ecclesiasticorum iustis appellationibus non defensionem: tamen jure nostro Regio merito, iustisque, & legitimis rationibus aliqui sunt casus excepti, quibus inhibita sunt Cancellariæ supremæ, ne ad eas per hanc viam violentiæ traherentur; quidam tamen absolute, & sine aliqua distinctione, quidam autem non absolute, sed deficiente qualitate ex priori genere.

Primus ille est, in causis, nempe tam civilibus, quam criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquisitores Hæreticæ pravitatis, & ad iudices bonorum